



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

CLVII. Exhibit formulam subscribendam ab omnibus Ecclesiasticis in
Regnis Galliæ pro confutatione quinque Propositionum Cornelii Jansenii
&c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO
1665.

ALEXANDER SEPTIMUS.

211 ANNO
1665.

Decretum
irritans.

Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva ta-
men semper in præmissis auctoritate Congrega-
tionis dd. Cardinalium.

Contrariis
derogat.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenissi-
me suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro
tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici
Audidores judicari, & definiri debere, ac irri-
tum, & inane, si secus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon
quatenus opus sit Ordinis, ac Provinciarum, &
Conventus hujusmodi etiam juramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apostolicis in contra-
rium præmissorum, quomodolibet concessis, con-
firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis illorum tenores præsentibus pro plenè, &
sufficienter expressis, & insertis habentes, illis
aliis in suo robore permanens, ad præmissorum
effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
pressè derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Dat. P. A. 10.
1665.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris, die 21. Januarii 1665. Pon-
tificatus nostri Anno decimo.

CLVI.

Pro translatione Professorii Monachorum Re-
formatorum Sancti Bernardi Ordinis Cisterciens
à Monasterio Sancte Pudentiane de Urbe, ad
Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Urbis.

Edita An. D.
1665.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Superior Provincialis
Provincia Romana Congregationis Monacho-
rum Reformatorum Sancti Bernardi Ordinis Cis-
tercien. Nobis nuper expoñit fecit in Dicta genera-
rali dictæ Congregationis mense Aprili proximè
praterito in hac alma Urbe nostra celebrata pro
sublevando Monasterio S. Pudentiana Urbis, &
Congregationis hujusmodi, in quo Professorium
cum Novitiatu conjunctum reperiebatur, decre-
tum fuerit, idem Professorium inde ad Monasterium
Sancti Bernardi earundem Urbis, & Congre-
gationis, quod omnia requisita necessaria ha-
bet, & in quo ejusmodi Professorium alias col-
locatum fuit, accidente tamen ad id licentia Congre-
gationis Venerabilium Fratrum nostrorum San-
cta Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super statu Re-
gularium deputata transferri debere, cupiatque
propterea dictus Superior Provincialis opportunè
in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indulgeri.

§. 1. Nos ipsum Superiorem Provincialem spe-
cialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes,
& à quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
suri, & penitentiis à jure, vel ab homine, quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodo-
libet innodatus existit ad effectum præsentium
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,
& abfolutum fore censemtes. Supplicationibus
eius nomine Nobis super hoc humiliter por-
rectis inclinati, de memoratorum Cardinalium
confilio, attensis narratis, loco prædicti Monas-
terii S. Pudentianæ designati pro Professorio in
Provincia Romana Congregationis Monachorum
Reformatorum hujusmodi auctoritate Apostolica
tenore præsentium designamus, ac deputamus

Decretum
dieræ Gener-
alis.

Concedit
prout in
Rubr.

pro Professorio prænominatum Monasterium San-
cti Bernardi ejusdem Provincie, salva tamen sem-
per in præmissis auctoritate prædictæ Congrega-
tionis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras fem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus fortiri, &
obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tem-
pore quandocumque spectabili inviolabiliter ob-
servari; Sicque in præmissis per quoscumque Ju-
dices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum
Palatii Apostolici Audidores judicari, & definiri
debere, ac irritum, & inane si secus super his à
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignora-
nter contigerit attentari.

§. 3. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus
& Ordinationibus Apostolicis, necnon quate-
nus opus sit Congregationis, ac Provincie, &
Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, pri-
vilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in
contrarium præmissorum quomodolibet conce-
ssis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, illorum tenores præsentibus pro ple-
nè, & sufficienter expressis, & insertis haben-
tes, illis aliis in suo robore permanens, ad præ-
missorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Datum Roma apud S. Mariam majorem sub
Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1665. Pon-
tificatus Nostri Anno decimo.

ANNO
1665.

Decretum
irritans.

Contrariis
derogat.

Dat. P. A. 10.
die 26. Janu.

CLVII.

Edita A. D.
1665.

Exordium.

Exhibit formulam subscribendam ab omnibus
Ecclesiasticis in Regnis Galliæ pro confuta-
tione quinque Propositionum Cornelii Jan-
senii &c.

ALEXANDER EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

R Egiminis Apostolici divina providentia Nobis,
quamvis immeritis, commissi ratio postulat,
ut ad ea potissimum, quæ Catholice Religionis
integritati, & propagationi, animarumque sa-
luti, & fidelium tranquillitat consuleret apta, &
idonea esse judicantur, animum, & curam om-
nem, quantum licet in Domino applicemus.

§. 1. Quidam Cornelii Jansenii hæresim
in Galliis præsertim serpentem ab Innocentio X.
fel. rec. Prædecessore nostro ferè oppresam ad
instar Colubri tortuosæ, cuius caput attritum est,
in variis gyros, & cavillationum deflexus eun-
tem singulari Constitutiones ad hunc finem edita
altero assumptionis nostræ anno extingue co-
nati fuimus: sed ut multiplices hostis hominum
generis artes adhiberet, nondum plenè conse-
quimus, ut omnes errantes in viam salutis re-
dirent qui tamen unicus erat votorum, & cura-
rum nostrarum scopus, quibus operam, & indu-
striam suam egregio sanè studio Venerabiles fra-
tres nostri Archiepiscopi, & Episcopi Regni Gal-
lie earundem Constitutionum Apostolicarum ex-
ecutioni præcipue intenti contulerunt, & Charissi-
mus in Christo filius noster Rex Christianissimus
singulari pietate auxiliarem dexteram strenuo,
ac constantissimo animo porrexit.

§. 2. Cum autem præfatus Rex Christianissi-
mus eodem Religionis zelo ductus per suum in
Urbe Oratorem Nobis significari, exponique eu-
raverit, nullum aliud oportunius remedium pes-
tiferæ hujus contagionis reliquis extirpandis ad-
hiberi posse, quam si omnes certam formulam
subscriberent nostra auctoritate firmatam, in qua
quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro,
cui titulus, Augustinus, excerptas, sincere dam-

narent, ac proinde illam à Nobis quantocius expediri ad quælibet effugia præcludenda, omnemque removendos obtentus, flagitaverit: Nos tam piis dieti Regis Christianissimi votis benignè annendum esse ducentes, formulam infrascriptam ab omnibus Ecclesiasticis, etiam Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, necnon aliis quibuscumque Ecclesiastici Ordinis tam Regularibus, quam Sæcularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, alisque Collegiorum Rectoribus, atque Magistris subscribi districte mandamus; idque intra tres menses à die publicationis, seu notificationis præsentium, alias contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremissibiliter procedi volumus juxta Canonicas Constitutiones, & Conciliorum Decreta.

Formula à supradictis subscribenda.

Ego N. Constitutioni Apostolicae Innoc. X. data die 31. Maii. 1653, & Constitutioni Alexandri VII. data die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me subjicio, & quinque propositiones ex Corneli Janenii libro, cui nomen Augustinus, excerptas, & in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, & ita juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Decernentes insuper præsentes literas semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore suosque plenos, & integratos effectus sortiri, & obtainere. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane esse, si feceris super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, alisque locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut singuli in suis Diœcessibus, ac locis suæ jurisdictioni subjectis præsentes literas, & in eis contenta quæcumque exequantur, & executioni mandari, ac observari ab omnibus current, & inobedientes quocumque per sententias, censuras, & penas, aliqua que juris, & facti remedia, appellatione postposita, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit brachii sacerularis auxilio, omnino compellant.

Volumus autem ut, præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscritis, & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibetur, quæ ipsi originalibus literis adhibetur, si essent exhibitæ, vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc nostram Constitutionem, & ordinationem infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus fe noverit incursum.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominice 1665. quintodecimo Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno decimo.

*Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1665.
Indictione tertia, die verò 17. mensis Februarii,
Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, &
D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papa
VII. Anno ejus Decimo, supradicta litera Apo-
stolica affixa, & publicata fuerunt ad Valvas
Basilicae Principis Apostolorum Cancellariae Apo-
stolicae in acie Campi Flore, ac aliis locis solitis,
& consuetis Urbis per me Stephanum Vivaldum
Apost. Curs.*

Pro Mag. Curs. Laurentius Signus Curs.

Prohibet duos libros nempè censura sacra Facultatis Theologæ Parisiensis, & Amadæ Gui-menii Lomarensis.

ALEXANDER EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ad aures nostras pervenerit duos prodii libros, quorum alteri titulus est.

S. 1. Censura Sacrae Facultatis Theologæ Parisiensis in librum, cui titulus est: *La Défense de l'autorité de N. S. P. le Pape, de Nos Seigneurs les Cardinaux, les Archevêques, & Evêques, & de l'emploi des Religieux mendians, contre les erreurs de ce temps*, Par Jacques de Vernant à Metz, 1658. Alteri verò titulus est: *Censura Sacrae Facultatis Theologæ Parisiensis in librum, cui titulus est: Amadæ Gui-menii Lomarensis, olim primarii Sacrae Theologæ professoris opusculum singulare universa ferè Theologæ moralis complectens: adversus quasdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales ad Tractatus de peccatis; De opinione probabili &c. Editio novissima &c. Lugduni sumptibus Phil. Borde, Laurentii Arnaud, Petri Borde, & Guillelmi Barbier 1664.* cum approbatione, & Superiorum permisso, Parisiis 1665, in quibus libris censura præsumptuosa notantur aliquæ propositiones, eæque præsertim, quæ ad Romani Pontificis, & Sanctæ Sedi Apostolice auctoritatem, Episcoporum jurisdictionem, Parochorum munus, Privilegia à Sancta Sede concessa, Dispensationes Apostolicas, actionumque moralium regulam pertinent, & alia quæ & gravissimorum Scriptorum auctoritate, & perpetuo Catholicorum usu nituntur. Et cum fieri non possit sine publico Catholicæ Religionis detrimento, ut prædictæ censuræ in commemoratis libris sine debita Ecclesiæ animadversione, & damnatione remaneant.

S. 2. Nos pro Apostolico munere, quo licet immeriti fungimur, ut gravissimo scandalo, quod inde Catholicis accidere posset, occurramus; Habitus prius doctissimorum, ac insignium in Sacra Theologia Magistrorum, ac Professorum, ac Sacrarum Sedi Apostolice Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc specialiter deputavimus consultationibus, ut rei gravitas videbatur postulare; Necnon auditus suffragii Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine præfatas, censuras uti præsumptuosas, temerarias, atque scandalosas, auctoritate Apostolicae damnamus, & pro damnatis haberi volumus, easque nullius valoris, & roboris fuisse, sed castas, & irritas esse declaramus; Mandamus insuper, ne quisquam ex Christi fidelibus cujuscumque gradus, ac dignitat existat, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate etiam speciali, ac specialissima nota digna sufficiat, prædictas censuras approbet, sequatur, atque defendar; Neve in publicis, aut privatis lectionibus, disputationibus, sessionibus, aut aliis actibus publicis sequatur, tueatur, aut doceat; Neque in libris, aut etiam scripturis publicis, vel privatis, aut alio quocumque modo illas alleget, sub pena excommunicationis latæ sententiae ipso facto incurriendæ, cuius absolutionem Nobis, ac Sedi Apostolicae reservamus.

S. 3. Præterea Typographis, ac Bibliopolis expressæ prohibemus, ne præfatos libros, & censuras imprimere, ac Typis mandare, minuſque impressos vendere audeant, ac præsumant sub eadem pena excommunicationis latæ sententiae ipso facto incurrendæ, insuper libros, scripturas, & alia opera in

quibus

Prohibicio
Typographi.